Cujus plena nigro puzzant confinia fango,  
Qui supportantem vix Baldum fangus amorbat.  
Non illam curat, clauso sed lumine drentum  
Saltat, et in putrida se totum faece volutat.  
Nunquam porcellus fango formosior exit,  
Ut tunc exivit Baldus non absque fadiga.  
Ista fadiga sed est animosis grata quereris.

Calano in un  
deserto pantanoso.

PEDRALA  
La tempesta  
fernale.

 Interca post terga cito pluviosa procella  
Na-eitur. et mixta cum grandine cuncta fracassat.  
Fulgorat in circum spisis caligo tenebris,  
Turbineosque movet nunc hinc, nunc inde, balenos.  
Foententesque vomit cum tempestate pioggias.  
Tantis cum poenis Baldus, tantoque labore  
Advolat, et nolens passu torquetur in omni;  
Quem dum praecedit currit, volat immo Megaera,  
Atque colubrinos sibi squarciat ungue capillos.  
Scendit ad umbrosum vallonem denique, linquens  
Montagnae culmen, quo nox magis atra nigrescit.  
Per tenebras talem dat Baldi gemma lusorem,  
Qualem de cornu coeca sub nocte lanterna.  
Nullam quippe facit de adverso tempore stimam  
Baldus, qui penitus pravam vult prendere vecchiam.

Baldo scopre  
il palazzo dello  
Erinni.

Non procul in medio vallone casazza locatur,  
Semiruinois circumcircata murais  
Pallentes ibi sunt boschi, sylvaeque tacentes,  
Inter quas subito vanescit perflida vecchia.  
Lassat et in petolas Baldum non ultra sequentem.  
Qui tunc non aliter gressum firmavit et aures,  
Ut si quando canis leporarins angit acuto  
Mostazzo vecchiam leporem plenamque magagnis,  
Non per scopertas campignas illa salutem  
Quaerit, at umbrosas maechias cativella subintrat,  
Atque revoltellos quosdam facit hic, facit illic,  
Donec ab ungue canis videat se denique tolta.  
Ille sed adrizzans, non ultra currit, oreccrias.  
Post intervallum modicum, non Baldus opacu-

CÓMINA

*B*oscayas intrare timet, tacet undique tempus,  
Nec soletta strepit per nigras muscula frondes.  
Pervenit ad limen praedicti grande palazzi:  
Nullus adest eustos, nec oportet sbattere portam,  
Introit, et mentem nudo tenet ense ficatam.  
Discaleinatis domus humet ubique murais,  
Deque ruginentis erodat mifolenta solaris,  
Fezza, velut vidi privata lusoribus antra.  
Dum vadit Baldus, firmat saepissime plantas,  
Mox levis ascoltat si quid strepitescere sentit,  
Nil sonat, inde illie habitare silentia jurat.  
De passu in passu, dum per pavimenta caminat,  
Ventrosos zattos armato calce sbudellat,  
Atque smagazzabat calcagni pondere vermes.  
Saepe dragonazzos largo ventrone tumientes  
Invenit, inque duos facit illos cuse cavezzos.

Baldo entra nel  
palazzo.

GOSA

Nenique collegium reperit quod torva Magaera  
Fecerat, et stabat deformis ubique senatus.  
Baldus in introitu primi stat liminis, ultra  
Non meat, et tensa quod diecitur accipit aure,  
Namque inter populum sentit parlare Megaeram.  
Hie erat in quadrum grandis spatiosaque sala :  
Hie stant in circum putrefacta sedilia ligni,  
Sunt instar capsae, quae fracida dissoteratur,  
Servaratque diu longaeva cadavera terris.  
In medio salae stat maxima seranea ferri,  
Estque cruentatis passim circumdata spadis.  
Hic sedet Ambitio vultu regina superbo,  
Quae toti mundo dominari velle videtur.  
Attamen illius dependet supra cerebrum  
Spada molata nimis, filoque tacata tenello.  
Non procul est mulier centum Discordia linguis,  
Quae semper garrit, chiachiarat, movet ora manusque,  
Millibus et zanzis reginac complet oreccias,  
Et nunquam gallone suo se partit ab illa.  
Haec quia non dapibus fuit invitata deorum,  
Inter convivas ponnum scanfarda doratum  
Protulit, apportans inter tria numina rixam.  
Hinc mala provenit grandi destrutio Trojac.  
Tres furiae parent illi, referuntque per orbem ;  
Ambassarias, quibus omnis terra ruinat.  
Quotidie vadunt, redeunt portantque novellas  
Reginac, quantas umbras ad tartara persas  
Arte sua trassent, solita vel fraude necassent.  
Impietas alia frendens in parte sedebat,  
Sanguinolenta vorans carnem, sorbensque cruorem.  
Hanc inter populos Discordia mittit Hetruscos,  
Lombardos, Liguros, Romagnolos, denique cunctos.

La sala del  
palazzo.

Le tre Erinni

Qua vindicta fremit, stimulis agitatur Erymnis;  
Dividitur regnum, foedantur tecta cruento,  
Non frater parcit fratri, soror atque sorori,  
Non mater nato, non uxor prava marito:  
Seditio ignaram torquet velut ebria turbam.  
Luctus adest, mortisque timor; fit funeris auctor  
Mox ulti, rabiesque furens praecordia rodit.  
Inveterata animos injuria summovet atros,  
Proveniunt luxus, violenter rapta libido est.  
Virginitas fletur castis direpta puellis.  
Eumenides ante ora pa'rum matrumque, figuras  
Natorum stimulant crudeli caede peremptas.  
Hinc vindicandi mens surgit, cocca voluntas  
Labitur in praeceps, mox cordis dextra ministra est.  
Arma cruentantur, sublimia tecta labascunt.

BERTA

**G**acc sunt concilium rixae, mortisve senatus,  
Ambitio praesul nulli vult esse secunda.  
Thesiphone, Alecto, nec non praedicta Megaera  
Altercabantur siual, ascoltante Senatu,  
Atque superbebant lucrum fecisse miorem.  
Sed quid bajabant istae rixando ladrazzae?  
Currite, mortales, vestras audire pacias,  
Currite, et erroris vestri cognoscite causas.  
O Italia infoelix propera,  
Currite vos omnes, tandem si curritis, urbes.  
Veras rixarum vestrarum audite casones.  
Sed quia candela est usque ad culamen adusta,  
Etiam consumpsit vacuata lucerna stopinum,  
Multa per adessum scripsi, damatina venite.

# AL BALDO

## MACCHERONICA XXV

### ARGOMENTO:

Il concilio delle Erinni - La parlata di Tesifone - La parlata di Aletto - La parlata di Megera - Baldo entra nella sala - Fuga delle Erinni - Baldo distrugge il mobilio della sala - Seraffo placa i guerrieri e li conduce a Baldo - Seraffo sparisce con Giuberto - I guerrieri perdono la favella ed il senno - Baldo indarno eccita i compagni a parlare - Una forza arcana trasporta i guerrieri nella Caverna della Fantasia - Descrizione della Caverna - Gli abitanti della Caverna - Vani tentativi di prendere i moscerini della Fantasia - Baldo afferra il moscone di Platone - Rafello cade nello stagno della Malinconia - La Chimera - Entrano nel prato della lussuria - Il ballo d'amore - La fornace dei lascivi - La Zucca dei filosofi e dei poeti - Entrano e rimangono nella Zucca - Il supplizio di Durante - L'Ariosto ed il Bojardo - Battista Spagnoli - Altri poeti e letterati - Dante e Merlin Cocai. - Conclusione.

Il consiglio  
le Erinni.

a parlata di  
Tisifone.

 Usserat ambitio totam reticere famejam,  
 Unde quis attentas subito distendit orechias.  
 Foetida Tesiphone scorlans, bis terque capillos  
 Vermificos, sic sic primara comenzat, et inquit:  
 Audite, o Barathri, vel nigrida numina moris,  
 Quantum jam fecit mea multa fadiga gnadagnum.  
 Praetermittamus rixas, caedesque cruentas,  
 Quas ante adventum Chri-ti lege-que novellas,  
 Roma volutabat, toties sibi facta flagellum.

Sum modo quae doceo nigrum miscere venenum  
Nec mea salvificas metuunt aconita triacas.  
Id pompa Ambitio facit exercere papalis.  
Cernite quam laceram caviatam vertice porto,  
Quam spernazzavi per divisam hactenus urbem  
Maxima Pontificum libertas, maxima rerum est  
Pernicies, si quando mean intromittere caudam  
Possum, ne sanctis meritis nutuque columbae,  
Ad sublime sui culmen moveatur honoris.  
Tunc nos felices! tunc ingrassamur ab illo  
Armento pingui, quem jam Crucifixus ab orci  
Faucibus eripuit, persumque reduxit ovili.  
Jus cedi, rapiuntur opes templique suppellex.  
Ambitio superat, virus deppressa tenetur.  
Vivitur ex voto, seeleri succumbit honestas.  
Nostra fremit rabies, nosterque solutus ab orco  
Per sacra livor edax, et Erynnis templa vagatur  
Erumpunt irae, verbosaque jurgia, lites,  
Insidiae, frendensque odium, mens dedita curae  
Uleiscendi, et quam lethali vulnere jacto.  
Per me rastra simunt multi, paleaque galerum  
Accedunt templo, saturantur pane doloris,  
Atque sacerdoti libamina saera ferenti,  
Obsequium toties praestant, totiesque ministrant  
Votivas cerae faenulas altaria eirenn;  
Donec defuncto domino succeedere possint.  
Debile sub vasto sed languet pondere corpus  
Nam torpore sui, per me delibra patescent  
Semiruinitis muris, altaria squallent,  
Undique propatulhas demittit aranea telas,  
Pulvere sordescit pavimentum nudus et alto  
Namque crucis ligno suus ille pependit Jesus,  
Sic nullo tectas velamine cernitis aras.  
Jugera lata ferunt fruges, augentque quotannis  
Divitias, implent cellaria munere Bachii.

Grandia tum domis cerealibus hordea compleant,  
Non ut succurant inopi, non pane carenti,  
Non ut subveniant viduis miseroque pupillo,  
Non ut larga manus circum divina monetam  
Expendet, calicesque aeris transmittet in aurum.  
Sideribus tantum cura est aquare palazzos,  
Quid referam quantas habuit, me operante, novercas,  
Justa diabolicae Calicutti subdita legi?  
His igitur causis alias anteire sorores  
Debeo: si quid habet melioris seroja Megaera,  
Dicat et Ambitio det praemia digna merenti.  
Talia parlando residet sdegnosa, nec unquam  
Arretrare comas post terga rafinat et angues.  
Alecto scorlans cervicem terque quaterque,  
Erexit centum colubres centumque cerastas.  
Non, inquit, solam satis est corrumpere gentem:  
Non tua, Tesiphone, romana pestis in urbe  
Regnabit semper, quia Spiritus Almus, ab axe  
Stelligero quandoque cadens, operatur et omnes  
Expurgat morbos, rancores tollit, et iras  
Pectoribus, tenuatque feros cum pace tumultus.  
Noscite siderei quidnam speculator Olympi  
Seraffus ecceinit: naseetur Julius ille, <sup>1)</sup>)  
Julius almitico repletus flamine coeli,  
Quo regnante nihil discordia nostra valebit,  
Nam populi stabunt, unita pace, sub ipso.  
Naseeturque Leo <sup>2)</sup> qui claras undique sphæras  
Mittit, et horrisoni demet certamina Martis,  
Primatesque omnes matura pace ligabit.  
Ast ego possem equidem tantam prosternere pacem  
Et melius quam tu Romanam perdere gentem.  
Totum nempe meis corrupi fraudibus orbem;  
Et quanto satius Romani, Romaeque Senatum?

La Parlata di  
Aletto.

1) Papa Giulio II.

2) Papa Leone X.

Illa ego, quae quondam tribus impregnata diablis,  
Concepique duos natos, retroque cagavi,  
Credite non illos, velut extat usanza, catavi, <sup>1)</sup>  
Verum postremas per partes,  
Hi bene nec nati, bene nec de ventre cavati,  
Incepere statim mutuis se sbattere pugnis,  
Atque ganassiculas ongis lacerare vicissim.  
Illos semper ego serpentum lacte cibavi,  
Ac semper feci colubrinas suggere tettas.  
Certabant quisnam seu dextram sive sinistram  
Sieccaret mammam, sibi dantes calcibus urtas,  
Quos tandem Gelphum Gibilinum nomine dixi,  
His ego prostravi totum cum fratribus orbem.  
Dicite, quid praesens absque illis turba valeret  
Millibus in fraschis partes monstrantur utrinque.  
Alter vult dextra banda portare penazzum,  
Et monstrat digitum quo nos spedochiare solemus.  
Alter sed contra pennas fert parte sinistra,  
Et digito fidei mortaros lingere paret,  
Stajezant calzas seu dextras sive sinistras.  
Qui per traversum, qui non, vult scindere panem.  
Denique non res est tam parvula tamque vilana,  
Qua non comprhiendant quis Gelfus, quis Gibilinus.  
His tanta Italiae divisi regna superbae.  
His magnas urbes, medias, parvasque prophano,  
His castelluzzos, villas, paiaeque casottos.  
His toties semet Millanus sanguine foedat.  
His Codros lingit, Neutisque Papia rebellat.  
His formajatur sub jure Placentia Ringhi.  
His niveos asmat catanicula Parma Briossos.  
His Regium brillat, frullat, spellatque Booton.

1) . . . . . *Nor illos, v'lat est usanza, citaci.* Allude al racconto, che le mamme fanno ai bambini curiosi della loro provenienza, che siano stati o trovati per via, o regalati.

His rugulat blesos Modenae sapientia Pandros.  
His me pinguificat grassis Bologna Coandris.  
His tenet armigeros sub adrantibus Imola fullos.  
His male consentit joenuda Favencia Scochis.  
His male Furlivium Candraghis obtumet uncis,  
His Caesena riat proprios, hilaratque Leone,  
His fumentatur Vandris Ravenna biontis.  
His raro possum Venetam schaneare Leaenam.  
His Patavos, nec me distollit blusa, relinquo.  
His saltat guizzat, sed non Vincentia fambrit.  
His, Verona, tunes, spleumas, ac ore gliassis.  
His gragnit, sed non piscombrat Brixia Mellam.  
His Bergamaschis praesunt baricondia surdis.  
His quondam Manto fuerat vicina Cremonae.  
His tamen, heu! cur non seducta est Mantua nobis?  
His tamen, heu! cur non potui violare Cipadam?  
Dixi, sed quid ais de te temulenta Megaera?  
Quare venisti modo sgomentare senatum?  
Dixerat, atque quater digitos sibi dente momordit.  
Dira<sup>r</sup> Megaera levans tunc se latrando gridabat:  
Totum sturbasti mundum, sed sola Cipada  
Restat, et antiquo veniens de sanguine Manto.  
Ast ego nunc magnam facio rixare Cipadam,  
Quae postquam totas mundi conterruit urbes,  
Venis ad inferni, Baldo guidante, cavernas.

La parlata di  
Megera.

COMINA

Baldus id ascaltans flevit, mox intus apertis  
Praecipitat valvis,  
Concilium, viso Baldo, deforme repenter  
Vanescit, gemmae non supportando lusorem.  
Quales, quum rubeos rutilans aurora colores  
Pandit, et aurata mortales fronte revisit,  
Gregnopalae fugiunt nolentes cernere lucem,  
Et semper gnao gnao stridentes nocte civettae,

Baldo entra  
nella sala.

Fuga delle  
Erinni.

Sic tenebrosa cohors, Baldo subeunte se pavit,  
Nec valuit rutilae radium comprehendere gemmae.  
Non radium gemmae quam Baldus gestat in elmo,  
Sed radium gemmae quam magno pectore portat:  
Gemma voluntatis nulla ambitione tumentis,  
Gemma voluptatis circa virtutis honorem.  
Propterea ambitio, discordia, pravaque turba  
Configiunt Baldi gemmam rationis amicam.

TOGNA

Baldo distrugge il mobilio della sala.

Seraffo placa i guerrieri e li conduce a Baldio.

Seraffo sparisce con Giuberto.

GOSA

**M**anseat hic solus, vacuas tantummodo sedes  
Inspicit, et forti desquistilat omnia brando,  
Dum studet huic operi, facies apparnit ecce  
Splendida Seraffi, calva quoque fronte bianchi,  
Qui consuetus erat descendere saepe sub Orcu,  
Mantinuitque din talem securus usanzam.  
Compagnos Baldi retrovaverat ergo furentes,  
Quos ad notitiam cordis, sensumque reduxit,  
Quique dimandarant perdonum saepe vicissim.  
Hos ergo Seraffus habet post terga sodales,  
Qui, viso Baldo, laeti movere cachinnos.  
Dumque illi narrare volunt sua fata stupenti,  
Seraffus cito vanescit, comitante Giuberto.  
Pizza Capellettus remanet, secumque Rafellus.

**E**rgo per obscuras tombas simul ire comenzant.  
Quisque balottina quadam defendit ab, oybo!  
Sulphoreo nasum, quae suavem praebet odorem,  
Nam contra pestem, flammas necis atque venenum  
Composuit Seraffus eis, mandante Cocajo.  
Per quem Seraffum revidentem saepe baratrum  
Cuncta baroniae Merlinus gesta canebat,  
Quae mox scribebat nec non referebat amicis.

PEDRALA

*E*bat Fracassus comites prior ante sequentes,  
 Ultimus est Baldus, nam captus amore paterno,  
 Vult Marecellium Cingarimumque fiolos  
 Confortare suos, mentis quoque prendere spassum;  
 De rebus variis parlabant semper eundo.  
 Alter Boccalum bertezzat, et alter Averni  
 Venturos memorat easus, alterque recordat,  
 Quid de Meschino Guerrino legerat olim.  
 Dum quoque Falchetto Cingar narrabat amico  
 Vergilii sextum, mira res! ecce loquela  
 Perdit nil parlans, et imaginat omnia praepter  
 Vergilii sextum, nec se parlasse recordat,  
 Falchettus pariter quod lingua dixerat illi.  
 Nesciret obmutuit; fantasticat omnia praepter  
 Vergilii sextum, nec se auscultasse recordat.  
 Hircanus cerebro penseros mille revoltat,  
 Vult hoc, vult illoc, nec quod vult eligit aneum.  
 Castellos fabricat Fracassus in ære multos,  
 Sic sua lingua taet si semper mutta fuisse.  
 Efficitur mattus Centaurus, mille mearos  
 Mente caminabat, perditque, putando, rasonem.  
 Jam salis in zueca nil amplius Hippol habebat,  
 Per centum passat sua mens vilupata chimeras.  
 Fantasticanti Lironus mente tenebat  
 Sublatos oculos coelo, frontemque rapatam.  
 Pizza Capelletus ridet griguatque Rafellus,  
 Attamen ignorant si rident, sive piangunt.  
 Ad mutam ludens, movet ora manusque Bocalus,  
 Atque caput gratat, non agrezzante pedoceilio

I que, rieri  
perdano la fa-  
vella ed il sen-  
no.

BERTA

*A*t Baldus liber labris, ac ora solutus,  
 Inter compagnos infesta silentia vidit,  
 Dumque suos natos loquitur, responsa petebat,

Baldo indar-  
no eccita i com-  
pagnia parlare

Sed facti clingues nil respondere valebant.  
Ergo, ait, o socii, nil vos parlatis? et unde hoc?  
Num veluti monachi servare silentia voltis?  
Dicite, respondete, precor, vos ergo tacetis?  
Nil vestro Baldo vultis parlare roganti?  
Sed melius poterat muros audire loquentes.  
Qua propter secum coepit, nolendo, tacere,  
Nec vult indarnum mutas tentare loquelas.  
Ad stramballoneum sguerzis cum passibus ibant,  
Ut faciunt Itali, sumus omnes saepe Todeschi,  
Quando plus coeti quam erudi vina tavernae  
Gestant in cerebro, fumantia supra biretum.  
Tunc hujus rei Baldus vult noscere causam.  
Praecedens alios cossam videt ecce novellam,  
Pro qua multa satis commovit temma vigorem  
Sub pede quisque suo sentit mancare terenum,  
Nee jam, qua figant ealcagnos, terra videtur,  
Immo suspensi gambas per inania guidant,  
Ac non gestantes alas, volitare comenzant.  
Dum parlare volunt, labium tantummodo menant,  
Ut faciunt muti, ciliis manibusve loquentes.  
Admirabantur, ridebant attamen omnes,  
Ac hilari vultu, sensu quoque talia soffrunt.  
Quisque suum corpus sentit nimis esse legerum,  
Per quoddam vaenum leviores aethere pergunt.  
Gaudent, quod nulla gabc strachedine languent,  
Immo velut stipulae portantur nescio quo.

PEDRALA  
Deserzione  
della Caverna.

*E*eee cavernosam rupem spinguntur in unam,  
Quae suspensa tribus grillis fundamine mancat.  
Quisque grillus erat major levitate bizarri.  
Hic Phantasiae dominus est, repleta silenti  
Murmure, vel tacito strepitu, motuque moventi,  
Ordine confuso, norma sine regula et arte.

Undique phantasmæ volitant, animique balordi,  
Somnia, penseri nulla ratione movesti.

Sollieitudo, nocens capiti fantastæa cura,  
Diversæ formæ, spetæ, et mentis imago.

Hie sunt gramaticæ populi, gentesque reductæ  
Hue, illue, istue, reliqua seguitante fameja.

Argumenta yolant dialetica, mille sophistæ  
Adsunt bajanae, pro, contra, non, ita, lyque.  
Adsunt errores, adsunt mendacia, follæ,  
Atque solegismi, fallatia, fictio vatum.

Me reperi, fateor, medium quandoque briacum,  
Quamvis nec modo sim tutus, varcare per amplam  
Campagnam Godii, quando mage scaldat apollo.

Circum circa meum volitant caput, ecce pusilli  
Mosechini, numero tot quot fert littus arenam,  
Et reparant caldum, testæ facendo capellum,  
Quorum percussit nasum redolentia vini;

Sic phantasiae Baldum, Baldique sodales  
Assaltant, intrantque caput, roduntque cerebrum.

Multas eum manibus Cingar braneabat et illas.  
Secum ferre cupit, sed non refinere valebat.

Vidisti forsitan pueros quandoque zngantes,  
Velle piare manu stantes in pariete muscas;  
Sed quando pandunt digitos, nisi prestiter illas  
Scalritas capiant, retrovant zaffasse elimeram?

Sic Baldus comitesque manns hinc inde menabant,  
Ut phantasias caperent, sensusque bizarros,  
De quibus implerat earnerum Cingar et Hippol.

Pizza Capellettus non se satiare valebat  
More suo, stradiotus erat, spoliare masonem,  
Implet scarsellas, saceum, geminasqe bisaechas

De Paulo veneto, de Hispani mille bajanis.

Baldus mosconem brancat retinetque Platonis  
Deque suis grillis nasum replebat et aures.  
Sguarnazzam Scotti Fracassus reperit illie,

Gli abitatori  
della Caverna.

Vani tentati-  
vi di rendere  
i moscerini del-  
la Fantasia.

Baldo efferra  
il moscone di  
Platone.

Quam vestit, gabbatque Deum, pugnatque Thiomistas  
Alberti magni Lironus somnia zaffat.  
Vult fieri gratus ennetis, gnarusque futuri,  
Serutator cordis, multas angere richezzas,  
Tollere cervellum cornacelis, prendere pisces  
Cum manibus, quosdam secum gestando lapillos.  
Plena melancholieis humoribus urna latebat  
Angulo in obseuro, quam nondum viderat ullus,  
Sed dum Rafellus considerat, urtat in illam,  
Et miser in mojam se repperit esse eadatum.  
Quapropter dubitando mori claimabat ajutum,  
Sed claimando, nilil sua labra movere valebat.  
Accurrunt comites, illum de fonte cavarunt,  
Unde melancholicos fundebat ubique liquores.  
Hircanus quasdam saltantes per pavimentum  
Carpere sajottas studiat non absque labore,  
Dumque unam griffat manibns eclar, altera seappat.  
Fecerat ingentem pulicium Falchettus acryum,  
Quos saceo positos fert alto in tergore secum.  
Boecalus normas Epieni nescio quantas  
Absque labore piat, complectitur, inque botazzum  
Fiecat ne fugiant, stoppatque cocamine buccam.  
Has inter fillas stat maxima bestia, nec stat,  
Cui caput est instar montonis, vel capricorni,  
Mille manus, ac mille pedes, ac mille volantes  
Fert alas, ventremque bovis, schenamque cavalli.  
Quae si non caudam simiae de retro teneret,  
Toccaret coeli summo testone solarum,  
Cum Iove disponens divam partire Minervam.  
Sed quia quiequid agit, cauda manante, lasagna est,  
Dueitur ad nihilum meritoque Chimera vocatur.  
Parturit haec montes, sed nascitur inde fasolus,  
Dumque gigas parat fieri, sit parvula mirmix.

Rafello ende  
nello stagno  
della Malinco-  
ma.

La Chimera.

TOGNA

*H*anc igitur Baldus ferrum sfodrando Chimeram  
 Percutit inque duos pariter videt esse mezenos,  
 Integra sed pariter tornat, nec vulneris ullum  
 Monstrabat signum, fixasque movebat ochiadas,  
 Inde cito nec sponte quidem removentur ab una  
 Phantasma, retrovantque pedes misisse tereno.  
 Quisque suis gambis propriis ut vadat oportet,  
 Non plus aspiciunt euras nihilamque Chimeram.  
 Nec mage parlandi libertas tollitur illis,  
 Nec quisquam memorat quidnam vidisset adessum  
 Phantasiae abeunt quas in carneria nuper  
 Fiecarant redeuntque loco prius unde recedunt.  
 Sunt tamen hi medi pazzi, mediique balordi.

En super interea pratum venisse videntur,  
 Ex arborellis florumque uitore pienum.  
 Caudida fragrabant ibi lilia, septa rosarum  
 Cingebat campum, varios qui miseet odores:  
 Innumerae damimae danzabant undique dulces  
 Dant cantilenas, plenasque Cupidine voces.  
 Inter eas reliquis formosior una canebat,  
 Gestans auriferam sublimi fronte coronam,  
 Tantum suavis erat visu, tantumque petuleis  
 Blanda oculis quantum fuit unquam foemina mundo.  
 Nunc humilem terrae frontem pudibonda tenebat,  
 Nunc laetos madidosque simul relevabat ocellos,  
 Nunc effundebat graciles laceiva cacchinos,  
 Nunc inflamatis animos stimulabat ochiadis.  
 Obvia currebat venienti fervida Baldo,  
 Seque galantinam totam praesentat ad illum.  
 Mox quot compagni sunt, tot venere puellae.  
 Hic blandi risus, sdegni, suspiria dupla,  
 Hic turpes tactus, cegni, basamina, luxus,  
 Plena libidinibus movimenta trahentia mentes.

Entrano nel  
prato della lus-  
suria.

Il ballo d'a-  
more.

Hic stigans animos ad amorem musica garrit.  
Arpicorda, lyrae, citharae, flantique forati,  
Voices humanae melius quae pectora captant.

MAFELINA

Baldus comuni urgetur succumbere legi,  
Namque fomenta videt veneris causamque modumque  
Non apud ardentes flamas est paja teneuda  
Coclestes violare deos occasio possit.

PEDRALIA

Ergo manum Baldus reginae porrigit instar  
Ballandi, Cingarque suam carezzare puellam  
Incipit, atque capit dnm Liro fervidus altram,  
Denique dnm euneti nimio vexantur amore,  
Contremnit campagna, statim pratique decores  
Auffugiunt subito, fontes, et limpida stagna  
Non plus apparent, discedunt oscula, lusus,  
Mutantur flores in tintas sulphure flamas,  
Mutantur Nymphae cornutos in diavolazzos,  
Mutantur risus in verba piena doloris.  
Undique luce earet loens ille severus et asper,  
Qui sonat ut resonat mare tempestate revoltum.  
Incipient fremitus vocum, stridorque gridantum  
Almarum, versant raucentes mibila voces.  
Hie tantae flammis umbrae crueiantur aerbis,  
Quantae pro foedo periore Cupidinis actu.  
Illam quam supra reginam diximus esse  
Quippe voluptatem earnis sodales  
Paret in aspectu primo formosa, sed inde  
Efficitur luctus, demon, laelrimosaque strages  
Inde per horrendos crueiatus ire comenzant.  
Inspiciuntque animas cunetas simul esse gemellas.

Squarzabant mutuo crines barbasque pilabant,  
Invitis labris fedantia basia taccant;  
Et quae olim morsu cupiebant suggere labra,  
Nunc laniant, rodunt, gustant pro melle venenum,  
Quarum jam linguac sunt factae rospus et anguis.  
Sed major poena est quod amor tam fervidus olim  
In crudele odium mutatus torquet amantes.  
Hic genus omne hominum sen nobile, sive codardum  
Ad quorum numerum stellae, nec arena parantur.  
Inter compagnos Baldi fuit unus eandem  
Qui timuit poenam, troppum quia semper amavit.  
Alter at inter eos contrarius extitit illi.  
Qui semper Venerem sprevitque Cupidinis arcum,  
Fornaces condunt ibi semper mille diabli,  
Furnos, furuellos, bozas, caldaria ferri,  
Venturisque locis signatur singulis almis  
Ignoret quamvis ea quae ventura diabol.

**C**OMINA

Ergo quisque suam fornacem barro catavit.  
Semiruinatam velut est antiqua muraia,  
Singula nam fornax habet hoc epigramma notatum,  
*Quod facinus struit, id confessio destruit alma.*

La fornace del  
lascivi.

**G**OSSA

Baldus at inventa stupuit fornace profunda,  
In qua cum Berta debebat semper aduri.  
Ah! dixit Cingar, cur fallit opinio vulgum?  
Quis non pensasset potius cum Crispide Baldum  
Istic damnari veluti dammantur amantes?  
Ecce quid acquis amor coniunxit Crispida Baldum.  
Hic lascivus amor lascivos damnat amantes,  
Hic sincerus amor sinceros laudat amantes.  
Baldus ait: nihil est, mi Cingar, opinio vulgi,

Prodit amicitiam eeu nunc de Crispide fecit.  
Sed quid de nobis opus est narrare prophamis,  
Et licet haece speculum nostri denigret honoris,  
Summa tamen Deitas ad lucem denique veram  
Quando quidem sanctos etiam mala lingua premebat ?  
Maxime Hieronymum dictum cognomine divum  
Et qui Martini Bricius possessit honorem.  
Quid referam Carolum Benedicti claustra colentem,  
Quem tanquam purum Ioseph, castamque Susannam  
Crimine adulterii, furti quoque lingua gravabat ?  
Sed tamen ad finem Calicutti secta ribaldi  
Qui dabat accusam Carolo tenuata remansit,  
Et Caroli tandem patuit mens candida mundo.  
Unquam nemo sua voluit defendere causam,  
Immo tota cohors ipsum crucitige gridabat,  
Tres habuit contra, Pilatum, Caipham et Annam.  
Pilatus dicebat ei: mihi gens tua tradit,  
Nec meruit quid sit verum cognoscere tandem.  
Huncve flagellatum erugifigere fecit et undam  
Dimandando manus lavit, velut esset ab ejus  
Sanguine nil nocens sed tantum culpa suorum est.

MAFELINA

Sic ait, ac inter brusantes queritat umbras.  
Tanta putanarum stipatur copia, quod non  
Discernunt animas quas culpa secreta peremit.  
Attamen heu ! quantos quo gens prius esse pudicos  
Credidit, aspicimus illie stridendo cremari.  
Maxime nonnullos quibus olim cura dabatur  
Corrigere alterius mendas, et tradere culpis  
Iuditium, sibimet placidis, aliisque severis.  
Hi tamen officii casto sub tegmine tanti,  
Luxuria, solumque gulac studuere voraci,  
Atque puellarum comprabant oscula plura,  
Dantes ducatum per basim quodlibet unum.

PEDRALA

Luxuriae, viso erueiatu, denique Baldus  
Vult exire, vocat socios, qui flammæ sparsim  
Per loca girabant animarum, multa rogantes.  
Conveniunt, exire parant, tamen ostia nusquam  
Apparent, nullamque vident signacula portæ.  
Baldus natura sdegnosus fronte rapatur,  
Nam vult ire foras, nec eundi forma trovatur,  
Huc illuc properat, nigras interrogat umbras.  
Respondeatur ei: nostrum cereate Minossum  
Confessatorem, sine quo, mihi ereditæ, portam  
Quaeritis indarnum, dextræ vos ducite parti,  
Cernite de longe faculas vomitare Torazzum.  
Illæ confessat Minos almas igne brusandas,  
Illuc egressus patet hujus flebilis agri.  
Illico campagnam gressu celerante trapassant,  
Turronenque adeunt, igne in ventumque vomentem,  
Hie ferri portazza stetit, quæ detegit antri  
Boeazzam securam huso sub monte cavatam.  
Non timet ingressum Baldus, vult primior esse.  
Cerberus en tripliæ patuit testone cagnazzus,  
Qui plenum variis ex ossibus impedit antri  
Limæ, et impavida stat custos fronte cavernæ.  
Quando videt socios, hirsuto tergore saltat,  
Cumque rebufatis villis baubare comenzat,  
Post baubamentum dentes grignare frementes,  
Gutturibus latrans nigrum tribus evomet... oybo!  
Duxerat e fodro Baldus stans firmiter ensem,  
Compagnosque jubet limen transire cavernæ.  
Sie faciunt, ast ipsa volens prohibere tricolla  
Bestia passagium, currit boceare Lironem,  
Baldus at ingentem distorthiat ense roversum.  
Nil tajare potest, velut esset ligneus ensis.  
Mox desperatos colpos menare comenzat,  
Donec cum terræ stratum liquere fiaccum.

TOGNA

La Zucca dei  
filosofi e dei  
poeti.

Ergo trapassarunt omnes, custode domato,  
Ut confessorem possent catare Minossum  
Pizza Capellettus scortam facit ante sodales,  
Boccalus medio stat semper in agninae ficcus.  
Non procul excedunt, quod quidam saltat ab entro  
Buffonus, stultusque magis, magis immo famatus,  
Obvius accedens partes monstrando pudendas.  
Ipse cavalcabat bastonem more putini,  
Cumque manu laeva brenam bastonis habebat,  
Sed dextra cannam parens giostrare ferebat.  
De panno longas aures, stuppaque pienas  
Distendit, similisque retro stat pendula cauda;  
Consutumque tenet strepitosum quaeque sonajum.  
Saltat, et inde facit manibus pedibusque morescam,  
Et porgens dextram Baldo danzare comenzat.  
Baldus gentilis ridens nil denegat illi,  
Secum danzando sequitur qua parte menatur.  
Sgregnabant omnes optantes cernere finem:  
Nil parlat stultus, sed afezat saepe cadendo,  
Quem levat e terra, nec ad altrum tendere, Baldus,  
Namque levabatur vix ille, cadebat et anchium,  
Duraque frangebat, sic dicunt, saxa quaderno.  
Post curtum spatium retrovarunt denique zuccam,  
Grandilitate parem montagnae Valcamoneghae.  
Quae toti mundo potuisset fare manestram.  
Ad latus ipsius zuechae stat grande foramen,  
Per quod cum stulto Baldus comitesque subintrant.  
Ista quidem zucca est animabus plena togati,  
Qnas quondam logicos reputarunt esse profundos,  
Ast ammiserunt cerebrum per mille bajanas.  
Aut homines asinos dicunt, aut esse cavalios,  
Extinguique sitim jactarunt carne salata.  
Inter eos stabat vir quidam corpore duplex,

Entrano e ri-  
mangono nella  
Zucca.

Qui sustentatur binis tantummodo gambis.  
Dicitur hic Utrum, dubiosis sensibus implens,  
Hereticosque facit, negat hanc, probat hanc, tenet  
illanc,

Et sibimet diris semper dat verbera pugnis.

Post haec mattus eos portam conduxit in unam,  
Introeuntque scholam sapientum philosophorum,  
Illic astronomi, magici, medicique periti,  
Illie Entisber, Ferabrich, Auerois, Oeliam,  
Illic Burleus, Stodus, Simplicius, Hermes,  
Illic Auempace, Themistius, et Theophrastus,  
Illic Porphyrius, Xamolsides, Abaris illic.  
Albumasar, Manae, Gersonides, Aba Joannes.  
Arcazel, Alchindus, Damigeron, Aboli, Zael.  
Dardanus Aboasar, Zoroaster, et inde Charondas,  
Milleque philosophi quos nescio tradere menti.

Sunt quoque, nescio qui, sana sine mente poetae,  
Qui paritiales patriae, propriique tyranni,  
Complevere libros follis verisque bosiis.  
Sed quales habeant poenas, audite, poetae,  
Ut quoque vos tantas schivetus fingere frappas.  
Sunt ibi diaboli numero tres mille, vel ultra,  
Jugiter officium facientes Herbolatorum.  
Quaeque suo proprio subjecta est alma diablo,  
Qui dum complet opus stat altam supra cadregam.  
Undique dant gridos veluti gridare solemus,  
Quum dentem nobis guastum barberius extrat.  
Nam cum lancettis, uncinis, atque tenais  
Quisque cavat dentes, nunquamque cavare rafinant.  
Quottidie quantas Vates fecere bosias,  
Quottidie tantos opus est amittere dentes.  
Sed quo plus streppant illos, plus illico nascunt.  
Inter eos igitur Cingar cognoverat unum,  
Nouine Durantum, qui dum cecinisse Leandram  
Se jactat, doctis sbeffatur ubique poetis.

Ardimentum habuit, quamvis magrissime eantet,  
Magnanimo Orlando p̄aeponere gesta Rinaldi.  
Perque gulam mentit, quod sic scripsisse sbajaffat  
Turpinum, nec opus Turpini viderat unquam.  
Composuit quendam, quem nolo dicere librum,  
Sed scartafazzum, nomen ponendo Leandram.  
Cni dignum fecit noster Seraffus honorem,  
Namque sigillatus caera fuit ille culina.  
Heu! quales streppos misero dabat ipse diavol!  
Sgretolare suas audiebas longe ganassas.  
Cingar compatiens fecit restare diabulum,  
Durantunque rogat, quare sic absque rasone  
Orlandum biasmat, nimium laudando Rinaldum.  
Ille sed avulsis pro dentibus, oreque balbo  
Respondet: quia iam pacenunt futa ialdi.  
Sic ergo, quieunque volunt p̄aeferre Rinaldum  
Orlando, dicam quod amant hi fura Rinaldi.  
Namque procul dubio fortissimus ille senator  
Romanus, Bravaeque comes Orlandus, et armis,  
Et sensu, et meritis superasset mille Rinaldos.  
Non tamen alta quidem condemnō facta Rinaldi,  
Ast veri Auctores Orlandum p̄acposuerunt,  
Ac in venturo p̄aeponent tempore vates.  
Maxime Bojardus, dictusque Maria Mathieus,  
Plus sentimento facili, quam carmine dives.  
Surget Alovisus, tuseus Francisens et orbus,  
Magnus Ariostus, laus, gloria, palma Ferarae.  
Tempore mancus erit Petrarcha, carmine sed non.  
Inveterata nocet laus nobis saepe modernis.  
Mons quoque Carmelus Baptistae versibus altis  
Jam boat, atque novum Manto fecisse Maronem,  
Gandet, nec primo p̄aeferit tamen illa Maroni,  
Namque vetusta noeet laus nobis soepe modernis.  
Splendet in altiloquo Pontanus carmine, stellas  
Dum cauit, et septem quos ambit signifer orbes,

Il Boiardo e  
l'Ariosto.

Battista Spa-  
gnoli.

Altri poeti e  
letterati.

Dum monet agricolam quo purget tempore citros,  
Non tamen aequatur vati quem protulit Andes.  
Namque vetusta nocet laus nobis saepe modernis.  
Exiet arcadiens per sdruzzola metra libellus  
Nazzari, quo prata, greges, armenta, capellas,  
Pastoresque canet, silvas, magalia, nimphas.  
Christidan post haec cantabit, dignus Homeri  
Laudibus, at cedet vati quem protulit Andes,  
Namque vetusta nocet laus nobis saepe modernis.  
Tu quoque magniloqui sublime poema Marulli,  
Non eris aequandum Vati quem protulit Andes.  
Edidit Armeniden nec qui sub veste euculli,  
Nec Zacharias, nec multi denique vates  
Aequivalent nostro vati, quem protulit Andes,  
Namque vetusta nocet laus nobis saepe modernis.  
Materies Asolana gravis veniet quoque Bembi,  
Metra Thibaldaci, Seraphini, Cornaque Zani,  
Modena Pamphilico de Saxo multa cavabit,  
Quos tamen esse pares Dantli, leridoque Petrarchae  
Soecla negant, nam sola datur latus magna vetustis.

Dante e Merlinus Cocai.

Nec Merlinus ego, laus, gloria, fama Cipadæ,  
Quamvis fautrices habui Tognamque Gosamque,  
Quamvis implevi totum Macaronibns orbem,  
Quamvis promerui Baldi cantare batajas,  
Non tamen altiloquis Tipli, Caroloque futuris  
Par ero, nec dignus sibi descalzare stivallos.  
Non tamen hanc zuccam potui schifare decentem,  
In qua me tantos opus est nunc perdere dentes,  
Quantos Roma viros nunc obtinet inclita sanctos,  
Religiosorum mores, quot habentur honesti.  
Quotve forum iusta doctores lego gubernant,  
Quot divas habitat matronas integra Pallas,  
Denique quot sanctæ gentes, urbesque Romagnæ  
Aut Lombardiae, Toscanae, aut totius orbis.  
Tange peroptatum, navis mea straccula, portum,

conclusi ne.

Tange, quod amisi longinqua per aequora remos,  
Immo probos vitae mores, breve tempus et annos.  
Scripsimus, ad veniam propero, si scripsimus ulla  
Forsitan auditu male consona, parcite, quaeso.  
Et jam confectus senio, terraeque recurvus  
Corpore destitnōr, vitae quoque cedo. Valete.



LA  
MOSCHEIDE

---

0000000000

PROLOGO  
DI  
MERLIN COCAI  
ALLA MOSCHEIDE

---

**N**uper ego nostra paulo digressus ab urbe,  
Quam celebrem toto fecit in orbe Maro,  
Otia nactus eram cupidis adamata poetis,  
Retro et curarum manserat orba domus.  
Ad liquidum, Benace, tuo quem parturis am-  
nem

Gurgite, me longum sed leve traxit iter,  
Mintius hic torto fluitat per saxa meatu,  
Effrenisque leves non gerit unda rates.  
Concitat insanos declivi margine fluctus,  
Donec te latis, Mantua, cingit aquis.  
Sedes tuta illuc non expugnabilis ullo  
Marte, Bianoreis nunc quoque clara viris.  
Unanimem claudunt illustria moenia plebem,  
Semper abundantि semisepulta lacu.

Seditio, qua nulla carens urbs incubat armis,  
Hic tantum paci succubuisse dolet.  
Nunc quoque Tiresiae remanent vestigia vatis,  
Mantua quid faciat si petis, illa canit.  
Illa canit Vatum non paucis plena catervis,  
Solvit et ad scenae longa theatra jocos.  
Materno desert infans de ventre poesim,  
Vagit et innatos balbula lingua sonos.  
Una fides populi quovis sub Principe durat,  
Aspidibus procul est atra Megaera suis.  
Qui canit heroum memori tradenda libello  
Tempora, quem Clio Musa favore praeit.  
Qui sibi Melpomenen sua flet dum fata severam  
Conciliat, tragicos exululando sonos.  
Comicus emeritis proscenia sistere ludis  
Crederet, et plausu discutienda malo,  
Ad sua ni facilem sentiret vota Thalia in,  
Omnia tunc petulans ora cachinnus babet.  
Roscida pastores gregibus tondentibus arva  
Certatim, Euterpe sponte sedente, canunt.  
Corticibus caedunt memorandas semper amicas,  
Undique dat modulos tibia pressa leves.  
Credite, Parnassum neglexit Apollo bicornem.  
Credite, non ultra Phocidis haurit aquas.  
Ille sui curat patriam, gentemque Maronis,  
Inque poetarum principis urbe sedet.  
Clamat Io Paean pariter juvenisque senexque,  
Cinctaque Daphnaeo tempora crine ferunt.  
Aurea Vergilii flores simulachra decorant,  
Et Vati peragunt annua festa suo.


Mars procul excessit, securis otia dantur  
Mentibus, et placidae concrepuere lyrae,  
Ipsius in laudes urbis furor exiit ergo,  
Sed Clio fuerat tunc rogitanda mihi.  
Heu! quid surdidulas avellit protinus aures,  
Praevaluit solito nec furor ire pede?  
Ante pedes humili projectus Apollinis ore:  
Cur suetum, dixi, carmen, Apollo, negas?  
Me ferus aspectu trepidum despexit acerbo,  
Moxa it: audacter me quoque, stulte, rogas?  
Dixit, et adductum pharetratus corripit arcum,  
Et lateri legitur certa sagitta meo.  
Ut fugit ante levem nemoralis capra Dianam,  
Aut lepus a rapidi morsibus acta canis.  
Sic miser evasi durum per inhospita Phoe-  
bum,  
Et qua caelerarer vallis adulta fuit.  
Volvebam quae causa mihi commoverat illum,  
Qui daret haud solitas tendere posse vias.  
Illi heu! frustra doctas captare sorores  
Speravi, ac multa laude tenere polos.  
Nil suit evigiles studio concludere noctes,  
Postquam tot menses abrogat una dies.  
Ergo qua volueri prorumpit Mincius alveo  
Deveni, lacrymis creverat ille meis.  
Invitas mihi multa salix tunc praestitit unbras,  
Invito quoniam tunc mihi vita fuit.  
Nec mora sit, succincta procul venit ecce  
puella,  
Auratas zephyris sparscrat illa comas.

Fulta latus pharetra tergo rejecerat arcum,  
Voce, manuque dabat carmina juncta lyrae.  
Ardentis Daphnen cantabat Apollinis ignem,  
Laurea quae dempto fine comata viret.  
Insuper hac dignos recinebat fronde poetas,  
Per quos jam pridem maxima Roma fuit.  
Vergilium sensi qui Homerum laudibus ae-  
quat.

Parnassi geminum coepit uterque jugum.  
Agmina despiciunt vatum spectantia ab imo  
Collis, et exultant non habuisse pares.  
Phoebaeis quanto caedunt fulgoribus astra,  
His, tanto vatum caedit in ausa cohors.  
Non tamen exiguis affecit laudibus illos,  
Sectantur lento qui pede Vergilium.  
Tunc ego quare odium patiebar Apollinis oro,  
Haec igitur Nympha causa ferente fuit.  
Nescio quas reperi musas, turpesve sorores,  
Nescio quae turpi carmina voce canunt.  
Limpida Pegasidum vitiavi stagna pro-  
phanus,  
Totaque sunt limo decorata meo.  
Hinc furor, hinc ira est, hinc indignatio Phoebi,  
Ad quem me fecit quaeque camæna reum.  
Nec moræ, stratus humo: mediatrix sis bona,  
quaeso,  
Clamabam, facilis demitur ira Dei.  
I modo, respondet, nos i modo sperne Ca-  
moenas,  
Dixit, et obtrusa sustulit aure pedem.

Protinus intumuit nostro sub pectore virus,  
Nec Phoebo, dixi, nec tibi subjicio.  
Inde furens plectrum rupi, stipulamque re-  
sumpsi,  
Hosque comenzavit piva sonare modos.





# A MOSCHEIDE

## LIBRO I

### ARGOMENTO:

Grandezza della guerra tra le Mosche e le Formiche - Invocazione della Musa - La Città di Moschea - Le virtù della Mosca - Sanguileone re delle Mosche - Il fatale annunzio - La disperazione della Reggia - Scannacavalla re dei Tavani - Conforta Sanguileone - I Tavani ed il loro armamento - Il Consiglio di guerra - Sanguileone dichiara Ragnifuga suo successore - Prodezze di Ragnifuga contro Caganiello re delle Pulci - E' ordinato l'armamento generale delle Mosche.

**G**randia Muscarum formicarumque canamus  
Praelia crudeles Marte stigante brigas.  
**G**urus Apollo suos abscondit alhora cavallos,  
Non potuit tantum namque patire malum.  
Omnis per circum tellus sbattuta tremavit,  
Parva super coelos nec cagarola fuit.  
Pochum mancavit quam mortus ab axe tomaret  
Juppiter, herculeum valde gridabat opem.  
Pro bombardarum seappavit Luna rebombo,  
Excusamque Jovi fecit abire foras.

Grandezza della guerra tra le Mosche e le Formiche.

Aequora tune etiam sbigotentia signa dederunt,

Atque spaventosas summa tulcre faces.

Quattuor ad partes mundi brusare cometas<sup>1)</sup>,

Vidimus, et longas discaviare eodas.

Musearum clamor, pulicorum stractio, trumbae,

Tamburi summos sbigotivere polos.

Cessent antiqui veteres sbaiafare bataias,

Nam talis nunquam guerra veduta fuit.

Grandis erat fateor Troia cascante macellus,

Quando cavallazzum gens oselata tulit;

Equiparare tamen sed quis praesumpserit istis,

In quibus heu! quanta stirps pulicina ruit?

Innumeri pulices, cimiees, culices perierunt,

Sanguine pro quorum sidera rossa micant.

Quae dabit altorium mili guerras Musa canenti?

<sup>Invocazione</sup>  
della Musa. Blanditias sperno persida, Clio, tuas.

Te schioppare quidem video ni tradis aiutnum,

Attamen incago teque tuasque lyras

Vade in maloram, atque tuo succurre Maroni,

Canzones quoniam recte petezo tuas.

Tu mibi sola placens poteris dare, Togna, socorsum.

Strictaque sub cubito det tua piva sonum.

Si mea schionfabis gaiardo vela siroceo,

Ultra caribdiacas cimba nodabit aquas.

Tu quoque sis praesens, veniasque in pressa, Comina,

Vosque poëtissae macronicesque Deae.

Ungite quantillum fresco mea labra botiro,

Per quem ladinior vox queat ire foras.

Salsigeram toltam persutto ferte brasolam,

Quae super ardentes sit bene tosta brasas.

1) Vi è una popolare superstizione che ritiene l'apparizione delle comete essere indizio di gravi sciagure.

Qui il poeta ne fa apparire quattro in una volta.

Post hanc de càneva Bacci spinata vasellum,  
Haec est carminibus digna bevanda meis.  
Urbs est in Pulia quae nunc Moschea vocatur  
Nobilis et Romae se putat esse parem.  
Hic mercantiae portis trafegantur apertis,  
Nec tantas cumulat forte Milanus opes.  
Quid bregantinis Veneti grossisque maranis  
Agaricum, zuecar, mel, easiamque gerunt?  
Quidve Zenovesus loca per longinqua caminans,  
Majores aliis bravas habere rates?  
Quid Florentini merces comprando fatigant,  
Vivere qui nequeunt absque Lyonis ope?  
Sed mercantiam totas Moschea per oras  
Mittit, nam muscae littora quaeque colunt.  
Undique musca suas fert alas, undique vivit,  
Musca per Hispaniam, musca per Italiam,  
Musca per Hirlandam, Guaseognam, musca per altam  
Vadit Alemagnam, per Scociamque volat.  
Per totas Asiae discurrit musca masones,  
Tartaricum passat musea latina mare.  
India praecipue muscarum plebe superbit;  
Illic sol magno namque lusore brusat.  
Musca tamen septem non vult habitare Triones,  
Quo plus sol ardet plus bona musca godit.  
O, quantum locus est infelix, atque dapocus,  
Qui sine muscarum vivere gente patit.  
Non ibi nobilitas, non sanguis clarus habetur,  
Nobilium quoniam praticeat illa casas.  
Non dux, non princeps, non rex, non denique papa,  
Mangiaret ni stet musea galanta comes.  
Immo piatellum vix coram rege scuderi  
Praesentant, subito fercula prima capit.  
Vixque falerniaco repletur tazzia vino,  
Se jaceit in dulci gurgite musea prius.

La città di  
Moschea.

Le virtù della  
Mosca,

Et licet hic moriat, tamen haec mors vita vocanda est.  
Nam semet Bacchi flumine sponte negat.  
O bellam fozam mortis, quam, musea, trovasti,  
Non dolor in simili morte, sed humor aptum est.  
Soldati cupiunt in guerris fundere vitam,  
Tu tamen hauc sortem mortis habere cupis.  
Non metuis eclsam regum discurrere frontem  
Et reginarum labra polita basas,  
Ergo laudanda est totum Moschea per orbem,  
Progeniem quoniam mittit ubique suam.

COMINA Sanguleone re delle Mosche natale annunzio. *Starat in imperio Muscarum tempore longo*  
*Rex qui Sanguleo nomine dictus erat.*  
*Terceantas urbes, castellos mille regebat,*  
*Innumeras villas, innumerasque rates.*  
*Ergo sublimen dum stabat supra cadregam,*  
*Intra senatores, musea stafetta venit.*  
*Anxia pro cursu, nigroque schitata lavaechio,*  
*Et, qued pejus erat, saignine tota rubet.*  
*Illa spavantato vultu se portat avantum,*  
*Smergolat et regis proruit ante pedes.*  
*Heu! quid hac indarnum, clamat, rex. sede superbis?*  
*Heu! quid non, heu! quid, non tua fata vides.*  
*Heu! heu! nil prodest lautis squaquare triumphis,*  
*Splimatosque super noete jaccere thoros.*  
*Heu! male pinguenti caricas mangiamine mensas,*  
*Heu! male ridendo mollia vina bibis.*  
*Hue! male zaninos itis eazzare fabarnum.*  
*Heu! male dat schenani magra cavalla suam.*  
*Frustra sbereigeros oculos habitatis aselli,*  
*Frustra vos paseit stizza gratata canis.*  
*Sic juvat heu! dulces rostro snciare bognones?*  
*Sic juvat heu! crustas lambere francigeras?*

Sic juvat exalzas villani rodere gambas ?

Sic juvat ejusdem saepe lecare bragas ?

Tenditis heu ! panzam lombardis pascere quais

Nulla potest vestros merda eavere eanes.

Non est iste modus quo. rex, tua libera gens sit,

Non est iste modus quo tua regna manent.

Non est iste modus quo nostros frangimus hostes,

Non est iste modus fortificare domos.

Tu memorare potes exemplum Sardanapali

Cujus vita fuit broda, libido, gula.

Inter foemineas acies asinaliter usus,

Nescivit pugnae tempore quid faceret.

Vulnera spadarum non oscula sunt mulierum,

Seutaque foemineum credidit esse latus.

Ammisit regnum, et, quod plus, ammisit honorem.

Foemina costumis, nomine vixit homo.

Lamentabatur nimium pesare eorazzam,

Et nimis in testa quod gravis elmus erat.

